abeuntibus ego ipse in propria persona omnes in universum primo, deinde unumquemque seorsum petivi, ut nullus se ob honorem facultatis et meum absentare vellet et ad prefatum diem Hallis constitui etc. Facta peticione cessi et tunc in absencia mea decretum erat per magistros de facultate, quod mihi nomine facultatis offerrentur decem flor. vel habens valorem tot florenorum. Et deputati sunt de quattuor nacionibus ad iter versus Hallas suscipiendum et ibidem predictum munus mihi offerendum dns. mgr. Conradus Loer, dns. mgr. Petrus Kune, dns. mgr. Gregorius Conicz et mgr. Arnoldus Wustenfeldensis, sed de his tantum duo ultimi venerunt cum magistro Wolffgango Cubitensi et commissa peregerunt satis honeste atque liberaliter etc. ⁂

1515 Wintersemester. 213. Decan Iohannes Langer von Bolkenhain.

N 9'. C 76. Decanatus[1]) magistri Ioannis Langer Bolkenhainensis, beate[2]) Virginis collegiati. Anno domini millesimo quingentesimo decimo quinto Sabbato ante Galli Oct. 13. confessoris, que erat decima tercia mensis Octobris, magister Ioannes Langer Bolkenhainensis, collegii beate Marie virginis collegiati, de nacione Polonorum, est electus in decanum facultatis artium rite et concordi magistrorum eligentium consensu et voto. Sub cuius decanatu officiales facultatis electi fuere magistri subscripti:

Clavigeri mgr. { Nicolaus Zeeler Wratislaviensis / Petrus Kune Numbergensis } de nacione { Polonorum / Misnensium.

Executores et visitatores mgr. { Henricus Greffe[3]) Guttingensis / Conradus Imhoff de Loer / Petrus Kun Numbergensis } electores decani { Saxo / Bavarus / Misnensis

Ioannes Langer Bolkenhainensis decanus et Polonus.

C 76'. * Anno eodem lectores deputati per theologice et philosophice facultatum magistros sequuntur:

magistro	Gregorio Breitkop de Konitz	decreta est lectio	metaphisice
	Martino Slaipticz		phisicorum
	Ioanni Langer Bolkenhainensi		de celo et mundo
	Arnoldo Lindaviano		politice
	Udalrico Burchardi ex Weyschenfelt		perihermenias et topicorum
	Martino Titz de Iawer		posteriorum elencorum
	Simoni Eysman Dillingensi		Euclidis
	Andree Probst Delitiano		rhetorice
	Gregorio Kol Aubano		poetice
	Francisco Richter ex Henichen		sphere cum appendiciis
	Christophoro Eringio Lipsico		Petri Hispani
	Alexandro Seckler de Eßlingen		grammatice communis
	Erasmo Pachelbel Egrano		actus dominicalis. ⁂

[1]) In N Initiale D in Gold auf grünem, von Weinranken durchzogenem Grunde. In der Füllung des Buchstabens Iohannes der Täufer und Iohannes der Evangelist. In dem Rankenwerke, das sich von der Initiale aus längs den Eintragungen nach dem unteren Rande zieht und diesen ausfüllt, findet sich ein Schild, wagerecht getheilt, oben blau, unten gelb, darin ein nach rechts springender Hirsch mit einem gelben und einem rothen Geweih, im oberen Felde gelb, im unteren roth und blau geschacht. [2]) collegii deifere virginis Marie collegiati. [3]) Grave.